



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

281. An Cardinalatus & Patriachatus resignari possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

sive non; adeoque cujuscunque sint generis & qualitatis, possunt resignari, nisi id specialiter jure aliquo scripto prohibeatur. Pirh. ad tit. de renunc. n. 12. citans Azor. p. 2. l. 7. c. 25 n. 1. Paris. l. 2. q. 1. n. 1. citans quam plurimos, ac dicens id colligi posse ex toto titulo de renunc. & expressius cit. q. 1. n. 130. Barb. juris Eccl. l. 3. c. 15. n. 125. dicens sic colligi ex generalitate textus c. admonet. de renunc. & c. 1. tit. eod. in 6. Pro ratione datur communiter illud vulgare desumptum ex l. penult. c. de pactis. & ex c. quam periculosum. 7. q. 1. quisque favori suo seu beneficio tam in temporalibus quam spiritalibus renunciare potest, nisi, ut addit Parisius, prohibeatur. Quod tamen minus recte applicari beneficiis Ecclesiasticis, ait Barb. loc. cit. utpote quorum resignatio non ex mera cedentis voluntate, sed ex legitima causa à Superiore admittitur dependet. Consequenter jam Paris. loc. cit. n. 3. ex Bellamer. de permutat. benef. in proamio n. 3. & de communi ait, beneficia omnia, nisi contrarium expressum, posse permutari.

2. Respondeo ad secundum in genere: Canonice & simplicium beneficiorum simplicium resignationes facilius, ordinariè & regulariter loquendo, admitti; parochialium non ita facile, difficilius verò adhuc praelaturarum habentium ordinariam & generalem jurisdictionem, v. g. Episcopatum, Abbatiarum, Praepositarum regularium. Laym. in c. admonet. de renunc. n. 3. verum de his omnibus accuratius in sequentibus.

*Questio 280. An, & qualiter renunciari possit Papatui?*

1. Respondeo ad primum affirmativè: Paris. l. 2. q. 1. n. 4. citans quam plurimos. Laym. in c. quoniam. de renunc. in 6. ubi in Paraphrasi: summus Pontifex renunciare potest Papatui, tum maximè, si se insufficientem agnoscat ad regendam Ecclesiam universalem. Ità definitur Caestini. V. Præmissa deliberatione cum Cardinalibus, inter quos unus erat Bonifac. octavus Successor illius, Auctor cit. can. quoniam & c. ex qua constitutione Caestini V. à Bonifacio ejus Successore confirmata, & redacta inter decretales res hæc est admodum clara, ut in dubium amplius revocari nequeat, non obstantibus rationibus, quas aliqui in contrarium afferunt, & quarum 10. refert Jo. And. in cit. c. quoniam, seu i. de renunc. in 6. Paris. n. 19. subdens n. 20. ex eod. Jo. And. Gemin. Butrio & DD. communiter in cit. c. 1. hæsitandum non esse, an Papa sic statuere possit ob potestatis suæ plenitudinem. Proinde non obstat, quod aliàs objici solet, resignationem non posse fieri validè nisi in manibus Superioris; Papatui autem non habere Superiorem; & si dicatur, Deum acceptare ejus resignationem, resignationem hanc fore incertam; cum nullo signo constet, Deum illam hic & nunc acceptasse. Nam regula illa: resignatio debet fieri coram Superiore, solum locum habet in iis, qui Superiorem habent. Laym. in cit. c. quoniam. n. 1. pro simili addens, quòd regula quoque illa: nemo in propria causa potest esse iudex; fallit in principe, qui Superiorem non habet. Juxta quod docuit Th. mor. tr. 6. c. 2. n. 11. & certè necesse est dicere, quòd dum Papa abdicat se Papatui, Deus acceptet abdicacionem, seu tollat Pontificiam ab eo potestatem; ne si seculus contingeret, Ecclesia longo tempore à nullo vili Pastore gubernetur, dum uno se abdicante,

alius in ejus locum cum simili universali potestate substitui nequiret (dum tamen Ecclesia tales sufficit Pontificibus Papatui renunciantibus pro veris Pontificibus habet, & aliquoties habuit, & abdicantem validam renunciationem agnovit, ut videre est apud Paris. loc. cit. n. 10. & alios Ecclesia Scriptores) Laym. loc. cit. n. 2. uti & eadem ratione probari, hanc resignationem esse validam, ait ibidem Laym. Etsi fieret sine causa; quamvis n. 3. subdat, gravissimè peccaturum Papatui, si absque necessitate & causa renunciet Papatui; cum inter ipsum & Ecclesiam universalem sit ætissimum vinculum à Deo ipsi impositum, de quo videndus Jo. And. ad cit. c. quoniam.

2. Respondeo secundò: non tamen hujus renunciationis valor pendet à ratihabitione & acceptatione Ecclesiæ, ut videtur insinuare Paris. cit. n. 10. (nisi fortè velit per hoc idem, quòd validam agnovit & judicavit, citra quòd valor ejus ab hæc ejus agnitione dependeret) siquidem Ecclesia etsi rogare possit Papatui ad retinendum Papatui, ad hoc tamen eum cogere non potest, Laym. cit. n. 2.

3. Respondeo tertio: de cetero valebit, & licita erit dicta resignatio facta ex rationabili causa (quarum 3. videt apud Paris. à n. 22.) etiamsi intercesserit votum vel juramentum de non resignando. Paris. à n. 26.

4. Respondeo quarto: posse eum renunciare per procuratorem, ait idem Paris. n. 29. citans Bonifac. de vital. in Clem. unic. de renunc. n. 7. uti dicit evonisse in Gregor. XII.

*Questio 281. An Cardinalatus & Patriarchatus resignari possint?*

1. Respondeo ad primum affirmativè: Paris. l. 2. q. 1. n. 32. citans Franc. in ca. de renunc. in 6. n. 3. Bertachin. in tr. de Episc. p. 1. l. 2. n. 25. Bursat. conf. 341. n. 20. l. 5. Est enim beneficium Ecclesiasticum. Paris. ibid. citans Selv. p. 1. q. 2. n. 53. Hojed. de incompat. p. 1. proam. n. 9. minùsque hæc dignitas annexa Cardinalibus, quam Papatui Papæ. Paris. loc. cit. n. 37. ex Franco ubi ante.

2. Respondeo ad secundum: etiam affirmativè. Paris. n. 38. cum sit beneficium Ecclesiasticum. Paris. n. 39. ex Selv. ubi ante. & Hojed. n. 7. Idem est de Primatu, qui & ipse est beneficium. Paris. n. 44. & 45. Porro coram quibus hæc renunciationes fieri debeant, dicitur infra.

*Questio 282. An Episcopatus possit resignari?*

Respondeo affirmativè: juxta expressum textum c. qualiter 7. q. 1. Paris. l. 2. q. 1. n. 53. si enim Papa, qui est sponsus Ecclesiæ universalis id potest, multò magis id poterit Episcopus sponsus Ecclesiæ alicujus particularis; quamvis de facili non sit admittenda talis resignatio juxta c. quam periculosum. 7. q. 1. Paris. n. 58. Laym. in c. cum post petitam. de Elect. ubi: Episcopus Episcopatu renunciare non potest sine Papæ licentiâ, quam ipse etiam facile non concedit juxta c. nisi cum pridem. 10. de renunc. n. 3. eò quòd Episcopi ætissimo & insolubili vinculo cum Ecclesiis astricti censeantur, Consequenter jam etiam Episcopi permutare poterunt Episcopatus. Paris. n. 59. ex Gemin. in c. unic. de rerum permut. in 6. dicens communem omnium in praxi receptam: non tamen possunt resignare in favorem, uti nec Papatui, Cardinalatus, Patriarchatus; sed